VD16

BERTRAMI PRESBYTERI VITA PER IOhannem Trithemium.

BERTRAMVS preſbyter & monachus, in diuinis ſcripturis valde peritus, & in literis ſecularium diſciplinarum egregie doctus: ingenio ſubtilis, & clarus eloquio, nec minus vita quàm doctrina inſignis. Scripſit multa præclara opuſcula de quibus ad meam notitiam pauca peruenerunt. Ad Carolum regem, fratrem Lotharij imperatoris ſcripſit cõmendabile opus, de prædeſtinatione li. vnum, de corpore ac ſanguine domini librum vnum. Claruit temporibus Lotharij imperatoris. Anno DCCCXL.